

AGUSTINOS RECOLETOS

**REGLA
CONSTITUCIONES
CÓDIGO ADICIONAL**



Roma, 2011

<i>De ord.</i>	<i>De ordine</i>
<i>De pat.</i>	<i>De patientia</i>
<i>De perf. iust. hom.</i>	<i>De perfectione iustitiæ hominis</i>
<i>De quant. an.</i>	<i>De quantitate animæ</i>
<i>De s. Dni. in monte</i>	<i>De sermone Domini in monte</i>
<i>De sancta virg.</i>	<i>De sancta virginitate</i>
<i>De Trin.</i>	<i>De Trinitate</i>
<i>De ut. cred.</i>	<i>De utilitate credendi</i>
<i>De vera rel.</i>	<i>De vera religione</i>
<i>En. in ps.</i>	<i>Enarratio in psalmum</i>
<i>Ench.</i>	<i>Enchiridion</i>
<i>Ep.</i>	<i>Epistula</i>
<i>Ep. ad Gal. exp.</i>	<i>Epistolæ ad Galatas expositio</i>
<i>In Io. ev.</i>	<i>In Ioannis evangelium</i>
<i>In ep. Io.</i>	<i>In Ioannis epistolam ad Parthos</i>
<i>S.</i>	<i>Sermo</i>
<i>Sol.</i>	<i>Soliloquiorum libri</i>
<i>Vita</i>	<i>Vita sancti A. Augustini, de San Posidio</i>

REGLA
DE NUESTRO PADRE SAN AGUSTÍN

REGULA
SANCTI PATRIS NOSTRI AUGUSTINI*

Ante omnia, fratres carissimi, diligatur Deus, deinde et proximus, quia ista sunt praecepta principaliter nobis data (*Mt* 22, 36-40).

CAPUT 1

1 Haec sunt quae ut observetis praecipimus in monasterio constituti.

2 Primum, propter quod in unum estis congregati (cf. *Jn* 11, 52), ut unanimes habitetis in domo (cf. *Ps* 67, 7), et sit vobis anima una et cor unum in Deum (cf. *Act* 4, 32).

3 Et non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia, et distribuatur unicuique vestrum a praeposito vestro victus et tegumentum, non aequaliter omnibus, quia non aequaliter vale-

* El texto latino ha sido tomado de la edición crítica del P. Luc Verheijen, *La Règle de saint Augustin* (Paris, 1967), vol. I, 417-437.

REGLA
DE NUESTRO PADRE SAN AGUSTÍN*

Ante todo, queridos hermanos, amemos a Dios; después, también al prójimo, porque éstos son los mandatos principales que se nos han dado (cf. *Mt* 22, 36-40).

CAPÍTULO 1

1 Esto es lo que os mandamos que observéis los que os habéis reunido en el monasterio.

2 Lo primero por lo que os habéis congregado en la comunidad (cf. *Jn* 11, 52), es para que habitéis unánimes en la casa (cf. *Sal* 67, 7), y tengáis una sola alma y un solo corazón (cf. *Hcb* 4, 32) dirigidos hacia Dios.

3 Y no consideréis nada como propio, sino que todo sea común. A cada uno de vosotros distribuya vuestro prepósito la comida y el vestido, no a todos por igual, pues no gozáis todos de la misma salud, sino más bien a cada cual según lo necesite.

* La traducción castellana sigue fundamentalmente la versión de Fr. José Alesón, OAR (1982).

tis omnes, sed potius unicuique sicut cuique opus fuerit. Sic enim legitis in *Actibus Apostolorum*, quia «erant illis omnia communia et distribuebatur unicuique sicut cuique opus erat» (*Act* 4, 32.35).

4 Qui aliquid habebant in saeculo, quando ingressi sunt monasterium, libenter illud velint esse commune.

5 Qui autem non habebant, non ea quaerant in monasterio quae nec foris habere potuerunt. Sed tamen eorum infirmitati quod opus est tribuatur, etiam si paupertas eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat invenire. Tantum non ideo se putent esse felices, quia invenerunt victum et tegumentum, quale foris invenire non poterant.

6 Nec erigant cervicem, quia sociantur eis ad quos foris accedere non audebant, sed sursum cor habeant et terrena vana non quaerant (cf. *Col* 3, 1-2), ne incipiant esse monasteria divitibus utilia, non pauperibus, si divites illic humiliantur et pauperes illic inflantur.

Pues así leéis en los *Hechos de los Apóstoles*, que «todo lo poseían en común, y se distribuía a cada uno según su propia necesidad» (*Hch* 4, 32.35).

4 Los que poseían algo en el siglo cuando entraron al monasterio pónganlo de buen grado a disposición de la comunidad.

5 Y los que nada tenían no busquen en el monasterio lo que tampoco fuera pudieron alcanzar. Sin embargo, atiéndase a su debilidad en todo lo que necesiten, aunque su pobreza, antes de entrar, no les permitía disponer ni siquiera de lo indispensable. Únicamente, no se consideren felices por haber encontrado la comida y el vestido, que fuera no habían podido conseguir.

6 Y no se enorgullezcan de vivir en compañía de aquellos a los que, estando fuera, no osaban acercarse; levanten el corazón y no apetezcan las vanidades terrenas (cf. *Col* 3, 1-2), no sea que los monasterios comiencen a ser de utilidad a los ricos y no a los pobres, si resulta que los ricos practican en ellos la humildad y los pobres, allí mismo, se vuelven soberbios.

7 Sed rursus etiam illi qui aliquid esse videbantur in saeculo (cf. *Gal* 2, 2) non habeant fastidio fratres suos qui ad illam sanctam societatem ex paupertate venerunt. Magis autem studeant, non de parentum divitum dignitate, sed de pauperum fratrum societate, gloriari. Nec extollantur, si communi vitae de suis facultatibus aliquid contulerunt, nec de suis divitiis magis superbian, quia eas monasterio partiuntur, quam si eis in saeculo fruerentur. Alia quippe quaecumque iniquitas in malis operibus insidiatur ut fiant, superbia vero etiam bonis operibus insidiatur ut pereant; et quid prodest dispergere dando pauperibus (cf. *Ps* 111, 9; *Lc* 18, 22; *1Cor* 13, 3) et pauperem fieri, cum anima misera superior efficitur divitias contemendo, quam fuerat possidendo?

8 Omnes ergo unanimiter et concorditer vivite (cf. *Act* 4, 32), et honorate in vobis invicem Deum (cf. *Rom* 15, 6), cuius templa facti estis (cf. *1Cor* 3, 16-17; *2Cor* 6, 16).

7 Pero, por otra parte, aquellos que parecían ser algo en el siglo (cf. *Gal* 2, 2) no traten con desdén a sus hermanos llegados de la pobreza a esta santa compañía. Procuren gloriarse más bien de la convivencia con sus hermanos pobres que de la dignidad de sus padres ricos. Ni se envanezcan si aportaron a la vida común parte de sus haberes, ni estén más orgullosos de sus riquezas por haberlas repartido en el monasterio que si las hubieran disfrutado en el siglo. Porque cualquier otro vicio consiste en realizar obras malas; en cambio, la soberbia acecha incluso a las obras buenas, para que se pierdan. ¿Y qué provecho se saca de abandonar la hacienda, dándosela a los pobres (cf. *Sal* 111, 9; *Lc* 18, 22; *1Cor* 13, 3), y de hacerse pobre, si el alma desdichada se torna más soberbia despreciando las riquezas que lo fue poseyéndolas?

8 Así pues, vivid todos en unanimidad y concordia (cf. *Hch* 4, 32); y honrad los unos en los otros a Dios (cf. *Rom* 15, 6), de quien habéis sido hechos templos (cf. *1Cor* 3, 16-17; *2Cor* 6, 16).

CAPUT 2

1 Orationibus instate (cf. *Col* 4, 2) horis et temporibus constitutis.

2 In oratorio nemo aliquid agat nisi ad quod est factum, unde et nomen accepit; ut si forte aliqui, etiam praeter horas constitutas, si eis vacat, orare voluerint, non eis sit impedimento, qui ibi aliquid agendo putaverit.

3 Psalmis et hymnis cum oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in voce.

4 Et nolite cantare, nisi quod legitis esse cantandum; quod autem non ita scriptum est ut cantetur, non cantetur.

CAPUT 3

1 Carnem vestram domate ieiuniis et abstinentia escae et potus, quantum valetudo permittit. Quando autem aliquis non potest ieiunare, non tamen extra horam prandii aliquid alimentorum sumat, nisi cum aegrotat.

CAPÍTULO 2

1 Dedicados a la oración (cf. *Col* 4, 2) en las horas y tiempos establecidos.

2 Que nadie haga otra cosa en el oratorio que aquello para lo que se destinó, de donde hasta el nombre le viene; para que si acaso algunos, estando libres, quieren orar aun fuera de las horas establecidas, no se lo impida quien piense hacer allí algo distinto.

3 Cuando oráis a Dios con salmos e himnos, vivid en el corazón lo que decís con la voz.

4 Y no cantéis sino lo que leéis que ha de ser cantado; pero lo que no está escrito para ser cantado, no se cante.

CAPÍTULO 3

1 Someted vuestro cuerpo con ayunos y abstinencia de comida y de bebida cuanto lo permita la salud. Pero cuando alguno no pueda permanecer en ayunas hasta la comida de la tarde, no por eso tome otro alimento, fuera de la refección del mediodía, a no ser que esté enfermo.

2 Cum acceditis ad mensam, donec inde surgatis, quod vobis secundum consuetudinem legitur, sine tumultu et contentionibus audite; nec solae vobis fauces sumant cibum, sed et aures esuriant Dei verbum (cf. *Am* 8, 11).

3 Qui infirmi sunt ex pristina consuetudine, si aliter tractantur in victu, non debet aliis molestum esse nec iniustum videri, quos facit alia consuetudo fortiores. Nec illos feliciores putent, quia sumunt quod non sumunt ipsi, sed sibi potius gratulentur, quia valent quod non valent illi.

4 Et si eis, qui venerunt ex moribus delicatioribus ad monasterium, aliquid alimentorum, vestimentorum, stramentorum, operimentorum datur, quod aliis fortioribus et ideo felicioribus non datur, cogitare debent quibus non datur, quantum de sua saeculari vita illi ad istam descenderint, quamvis usque ad aliorum, qui sunt corpore firmiores, frugalitatem pervenire nequiverint. Nec debent velle omnes, quod paucos vident amplius, non quia honorantur, sed quia tolerantur, accipere, ne contingat detestanda perversitas, ut in monasterio,

2 Desde que os sentáis a la mesa hasta que os levantéis de ella, escuchad sin ruidos ni discusiones lo que, según costumbre, se os lee; y no sea sólo la boca la que reciba el alimento, sino que el oído sienta también hambre de la palabra de Dios (cf. *Am* 8, 11).

3 Si los que son débiles por su antiguo modo de vivir reciben un trato especial en la comida, esto no debe ser molesto ni parecer injusto a los que distinto régimen de vida hace más fuertes. Ni consideren más felices a aquéllos por comer lo que ellos no comen; congratúlense más bien por tener la salud que los otros no tienen.

4 Y si a los que vinieron de una vida más reglada al monasterio se les dan alimentos, vestidos, jergones o mantas, que no se dan a los más sanos y, por tanto, más felices, deben pensar éstos cuánto han dejado aquéllos en el cambio de la vida secular a la actual, aunque no hayan podido llegar a la sobriedad de los que son corporalmente más fuertes. Ni deben ambicionar todos lo que ven que reciben de más unos pocos, no por honra sino por tolerancia; no vaya a ocurrir la detestable perversidad de que en el monasterio, mientras los ricos se

ubi, quantum possunt, fiunt divites laboriosi, fiant pauperes delicati.

5 Sane, quemadmodum aegrotantes necesse habent minus accipere ne graventur, ita et post aegritudinem sic tractandi sunt, ut citius recreentur, etiam si de humillima saeculi paupertate venerunt, tamquam hoc illis contulerit recentior aegritudo, quod divitibus anterior consuetudo. Sed cum vires pristinas reparaverint, redeant ad feliciorum consuetudinem suam, quae famulos Dei tanto amplius decet, quanto minus indigent. Nec ibi eos teneat voluptas iam vegetos, quo necessitas levarat infirmos. Illi se aestiment ditiores, qui in sustinenda parcite fuerint fortiores; melius est enim minus egere, quam plus habere.

CAPUT 4

1 Non sit notabilis habitus vester, nec affectetis vestibus placere sed moribus.

van haciendo mortificados en cuanto pueden, los pobres se vuelvan delicados.

5 Y así como los enfermos han de comer menos para no empeorar, así también, superada la enfermedad, se les ha de tratar de modo que se repongan cuanto antes, aunque hayan venido de la más humilde pobreza en el siglo; porque la reciente enfermedad los coloca en la misma situación que a los ricos su anterior régimen de vida. Pero cuando recobren las fuerzas que antes tuvieron, vuelvan a su anterior modo de vivir, que es tanto más conforme a los siervos de Dios cuanto menos precisan. Y, una vez restablecidos, no los retenga el placer en el mismo estado en el que la necesidad los había aliviado cuando estaban enfermos. Estímense más afortunados los que se encuentren más fuertes para vivir la sobriedad: porque es mejor necesitar poco que tener mucho.

CAPÍTULO 4

1 No sea llamativo vuestro porte exterior, ni pretendáis agradar con los vestidos sino con las costumbres.

2 Quando proceditis, simul ambulate; cum veneritis quo itis, simul state.

3 In incessu, in statu, in omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, sed quod vestram decet sanctitatem.

4 Oculi vestri, et si iaciuntur in aliquam feminarum, figantur in nemine. Neque enim, quando proceditis, feminas videre prohibemini, sed appetere, aut ab ipsis appeti velle, criminis est (cf. *Mt* 5, 28). Nec solo tactu et affectu, sed aspectu quoque, appetitur et appetit concupiscentia feminarum. Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habetis oculos impudicos, quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Et cum se invicem sibi, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nuntiant impudica, et secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore, etiam intactis ab inmunda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus.

2 Cuando salgáis de casa, id acompañados; cuando lleguéis a donde vais, permaneced juntos.

3 Al caminar, al estar parados, en todos vuestros movimientos, no hagáis nada que ofenda a quien os mira, sino lo que dice bien con vuestro estado de santidad.

4 Aunque vuestros ojos vean una mujer, no fijéis la vista en ninguna. Y no es que se os prohíba ver a las mujeres cuando camináis, sino que es pecaminoso desearlas o querer ser deseado por ellas (cf. *Mt* 5, 28), pues no sólo por el tacto y el deseo, sino también por la mirada se excita y es excitado el apetito desordenado de las mujeres. Y no digáis que tenéis el alma casta si tenéis deshonestos los ojos, porque los ojos deshonestos denuncian un corazón impuro. Y cuando, aun sin decirse nada, los corazones, con miradas mutuas, se manifiestan deshonestos recíprocamente y se complacen ambos en el ardor de la concupiscentia carnal, se pierde la castidad de la conducta, aunque los cuerpos permanezcan libres de profanación impura.

5 Nec putare debet qui in femina figit oculum et illius in se ipse diligit fixum, ab aliis se non videri, cum hoc facit; videtur omnino, et a quibus se videri non arbitratur. Sed ecce lateat et a nemine hominum videatur, quid faciet de illo desuper inspectore quem latere nihil potest (cf. *Prov* 24, 12)? An ideo putandus est non videre, quia tanto videt patientius, quanto sapientius? Illi ergo vir sanctus timeat displicere (cf. *Prov* 24, 18), ne velit feminae male placere. Illum cogitet omnia videre, ne velit feminam male videre. Illius namque et in hac causa commendatus est timor, ubi scriptum est: «Abominatio est Domino defigens oculum» (*Prov* 27, 20, sec. LXX).

6 Quando ergo simul estis in ecclesia et ubicumque ubi et feminae sunt, invicem vestram pudicitiam custodite; Deus enim qui habitat in vobis, (cf. *1Cor* 3, 16-17; *2Cor* 6, 16) etiam isto modo vos custodiet ex vobis.

5 Y el que fija los ojos en una mujer y se deleita en ser mirado por ella, no crea que nadie lo observa cuando hace esto; ciertamente es visto, y por quienes no sospecha que lo ven. Pero admitamos que todo queda oculto y ningún hombre lo ve, ¿qué sucede con aquel que observa desde arriba y a quien nada le puede quedar oculto (cf. *Prov* 24, 12)? ¿Pensaremos acaso que no ve por el hecho de que lo ve con tanta paciencia como sabiduría? Viva, pues, el religioso en el temor de desagradar a Dios (cf. *Prov* 24, 18) y no busque agradar pecaminosamente a una mujer. Considere que Dios es testigo de todo, antes de querer mirar con malicia a una mujer. Porque también en este asunto se nos recomienda el temor de Dios, según está escrito: «Es abominable al Señor el que fija la mirada» (*Prov* 27, 20, sec. LXX).

6 Por tanto, cuando estéis juntos en la iglesia y en cualquier lugar en que también haya mujeres, custodiad mutuamente vuestra pureza; pues Dios, que habita en vosotros (cf. *1Cor* 3, 16-17; *2Cor* 6, 16), también os protegerá de esta manera, por medio de vosotros mismos.

7 Et si hanc de qua loquor oculi petulantiam in aliquo vestrum adverteritis, statim admonete (cf. *Mt* 18, 15), ne coepta progrediatur, sed de proximo corrigatur.

8 Si autem et post admonitionem iterum (cf. *Mt* 18, 16ss), vel alio quocumque die, id ipsum eum facere videritis, iam velut vulneratum sanandum prodat, quicumque hoc potuit invenire; prius tamen et alteri vel tertio demonstratum, ut duorum vel trium possit ore convinci et competenti severitate coerceri (cf. *Mt* 18, 16). Nec vos iudicetis esse malevolos, quando hoc indicatis. Magis quippe innocentes non estis, si fratres vestros, quos indicando corrigere potestis, tacendo perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus haberet in corpore, quod vellet occultare, cum timet sanari, nonne crudeliter abs te sileretur et misericorditer indicaretur? Quanto ergo potius eum debes manifestare, ne perniciosius putrescat in corde?

7 Y si descubríis en alguno de vosotros estas miradas provocativas de que hablo, llamadle en seguida la atención (cf. *Mt* 18, 15), para que no siga adelante lo comenzado, sino que se corrija de inmediato.

8 Pero si después de haberle advertido veis que vuelve a hacer lo mismo otra vez (cf. *Mt* 18, 16ss), o en cualquier otro día, el que observe esto descúbralo, como a un herido a quien hay que someter a cura. Pero antes se debe manifestar a otro más, o a un tercero, para que pueda ser convencido por la palabra de dos o tres, y corregido con la severidad oportuna (cf. *Mt* 18, 16). Y no penséis que sois peores por haber manifestado esto; porque no sois más inocentes si permitís con vuestro silencio que se pierdan vuestros hermanos, a los que pudisteis corregir con vuestras palabras. Porque si tu hermano tuviera en el cuerpo una herida que quisiera ocultar por miedo a la cura, ¿no te parece que serías cruel callándolo y misericordioso indicándolo? Entonces, ¿con cuánta mayor razón deberás manifestarlo para que no se corrompa más en el corazón!

9 Sed antequam aliis demonstretur, per quos convincendus est, si negaverit, prius praeposito debet ostendi, si admonitus neglexerit corrigi, ne forte possit, secretius correptus, non innotescere ceteris. Si autem negaverit, tunc nescienti adhibendi sunt alii, ut iam coram omnibus possit, non ab uno teste argui, sed a duobus vel tribus convinci (cf. *Mt* 18, 16; *1Tim* 5, 19). Convictus vero, secundum praepositi, vel etiam presbyteri ad cuius dispensationem pertinent, arbitrium, debet emendatoriam sustinere vindictam. Quam si ferre recusaverit, etiam si ipse non abscesserit, de vestra societate proiciatur. Non enim et hoc fit crudeliter, sed misericorditer, ne contagione pestifera plurimos perdat.

10 Et hoc quod dixi de oculo non figendo etiam in ceteris inveniendis, prohibendis, indicandis, convincendis vindicandisque peccatis, diligenter et fideliter observetur, cum dilectione hominum et odio vitiorum.

9 Pero antes de comunicarlo a aquellos por cuyo testimonio habrá de ser convencido, en caso de que él lo niegue, debe ponerse en conocimiento del prepósito, si después de amonestado rehusó corregirse, para darle la posibilidad de que, siendo reprendido en secreto, quede oculto a los demás. Y en caso de que lo niegue, sin que él lo sepa, habrá que llamar a otros, a fin de que pueda ser no sólo acusado por uno, sino convencido por dos o tres delante de todos (cf. *Mt* 18, 16; *1Tim* 5, 19). Una vez convicto, debe aceptar el castigo que, en orden a la enmienda, se le imponga según el dictamen del prepósito o, incluso, del presbítero, a cuya competencia pertenece. Y si rehúsa cumplir el castigo, expulsadlo de vuestra sociedad, aunque él no quiera marcharse. Y no es éste un procedimiento cruel, sino misericordioso; pues se intenta evitar la pérdida de muchos en un contagio nocivo.

10 Lo que dije de no fijar la mirada obsérvese con diligencia y fidelidad al observar, prohibir, indicar, convencer y castigar las otras faltas, con amor a los hombres y odio a los vicios.

11 Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, ut occulte ab aliqua litteras vel quaelibet munuscula accipiat, si hoc ultro confitetur, parcatur illi et oretur pro illo; si autem deprehenditur atque convincitur, secundum arbitrium presbyteri vel praepositi gravius emendetur.

CAPUT 5

1 Vestes vestras in unum habete, sub uno custode vel duobus vel quod sufficere potuerint ad eas excutiendas, ne a tinea laedantur; et sicut pascimini ex uno cellario, sic induimini ex uno vestiario. Et, si fieri potest, non ad vos pertineat, quid vobis induendum pro temporis congruentia proferatur, utrum hoc recipiat unusquisque vestrum quod deposuerat, an aliud quod alter habuerat; dum tamen unicuique, quod cuique opus est, non negetur (cf. *Act* 4, 35). Si autem hinc inter vos contentiones et murmura oriuntur, cum queritur aliquis deterius se accepisse quam prius habuerat et indignum se esse qui ita vestiatur, sicut alius frater eius vestiebatur, hinc vos probate quantum vobis desit in illo interiore sancto habitu cordis (cf. *Tit* 2, 3), qui pro habitu corporis litigatis.

11 Pero si alguno ha llegado a tan gran malicia que recibe ocultamente de alguna mujer cartas o cualquier clase de regalos, si lo confiesa espontáneamente, perdonadlo y rogad por él. Pero si es sorprendido y resulta convicto, ha de ser reprendido con más severidad, según la discreción del presbítero o del prepósito.

CAPÍTULO 5

1 Poned vuestras ropas en una misma dependencia, bajo el cuidado de uno o dos, o de los que sean necesarios para sacudirlas y que no las estropee la polilla, y así como os alimentáis de la misma despensa, vestíos de la misma ropería. Si es posible, no decidáis vosotros mismos lo que os habéis de poner, según las estaciones; o si le dan a cada uno lo mismo que antes había traído, o bien lo usado por otro: con tal de que a nadie se niegue lo que necesita (cf. *Hcb* 4, 35). Y si de este modo de obrar se originan entre vosotros discusiones o murmuraciones, quejándose alguno de que lo que le dieron está más deteriorado que lo que antes había vestido, y que desdice de él ponerse lo que otro hermano se ponía, concluid por este detalle qué pobres andáis de aquella santa vestidura interior

Tamen si vestra toleratur infirmitas, ut hoc recipiatis, quod posueritis, in uno tamen loco, sub communibus custodibus habete quod ponitis.

2 Ita sane, ut nullus sibi aliquid operetur, sed omnia opera vestra in commune fiant, maiore studio et frequentiori alacritate, quam si vobis singuli propria faceretis. Caritas enim, de qua scriptum est quod «non quaerat quae sua sunt» (*1Cor* 13, 5), sic intelligitur, quia communia propriis, non propria communibus anteponit. Et ideo, quanto amplius rem communem quam propria vestra curaveritis, tanto vos amplius profecisse noveritis; ut in omnibus quibus utitur transitoria necessitas, superemineat, quae permanet, caritas (cf. *1Cor* 13, 13).

3 Consequens ergo est ut etiam si quis suis filiis, vel aliqua necessitudine ad se pertinentibus, in monasterio constitutis, aliquid contulerit, vel aliquam vestem, sive quodlibet aliud inter necessa-

del corazón (cf. *Tit* 2, 3), cuando litigáis por la vestidura del cuerpo. Pero si se tolera vuestra debilidad hasta el punto de que os den lo que habíais dejado, no obstante, guardad en la misma ropería todo lo que os quitáis, bajo la supervisión de los encargados comunes.

2 De igual manera, nadie se procure nada para sí mismo, sino que todos vuestros trabajos se realicen para el bien común, con mayor dedicación y más asidua presteza que si cada uno los hiciese para sí. Porque la caridad, de la que está escrito «que no busca lo propio» (*1Cor* 13, 5), se entiende así: que antepone las cosas comunes a las propias, no las propias a las comunes. De aquí podréis comprobar que habéis progresado tanto más, cuanto con más empeño os ocupáis de lo común que de lo propio; de tal manera que en todo lo que se usa por necesidad transitoria sobresalga la caridad que siempre permanece (cf. *1Cor* 13, 13).

3 Por consiguiente, si alguien trae a sus hijos o a los parientes que viven en el monasterio algo de vestir u otro objeto que pueda ser considerado como necesario, no se reciba clandestinamente;

ria deputandum, non occulte accipiatur, sed sit in potestate praepositi, ut, in re communi redactum, cui necessarium fuerit, praebeatur (cf. *Act* 4, 35).

4 Indumenta vestra secundum arbitrium praepositi laventur, sive a vobis, sive a fullonibus, ne interiores animae sordes contrahat mundaе vestis nimius appetitus.

5 Lavacrum etiam corporum, cuius infirmitatis necessitas cogit, minime denegetur, sed fiat sine murmure de consilio medicinae, ita ut, etiam si nolit, iubente praeposito, faciat quod faciendum est pro salute. Si autem velit, et forte non expedit, suae cupiditati non oboediat. Aliquando enim, etiam si noceat, prodesse creditur quod delectat.

6 Denique, si latens est dolor in corpore, famulo Dei, dicenti quid sibi doleat, sine dubitatione credatur; sed tamen, utrum sanando illi dolori, quod delectat expediat, si non est certum, medicus consulatur.

póngase en manos del prepósito, para que, una vez agregado al común, se dé al que lo necesite (cf. *Hcb* 4, 35).

4 Lavad vuestra ropa según el parecer del prepósito, bien por vosotros mismos, bien por los lavaderos, no sea que el excesivo deseo de llevar la ropa limpia llegue a manchar el interior del alma.

5 Así mismo, no se niegue en modo alguno el baño del cuerpo cuando lo exija la enfermedad. Y hágase sin protestar cuando lo aconseje el médico, de tal modo que, aunque no quiera, al mandato del prepósito, haga lo que haya que hacer por la salud. Pero si se le antoja, y por ventura no conviene, no se deje llevar de su capricho, pues a veces se cree que es de provecho lo que agrada, aunque en realidad sea nocivo.

6 Finalmente, si hay alguna dolencia oculta en el cuerpo, créase sin dudar al siervo de Dios que dice qué es lo que le duele. Pero si no está claro que para curar aquel dolor conviene lo que le agrada, consúltese al médico.

7 Nec eant ad balneas, sive quocumque ire necesse fuerit, minus quam duo vel tres. Nec ille qui habet aliquo eundi necessitatem, cum quibus ipse voluerit, sed cum quibus praepositus iusserit, ire debebit.

8 Aegrotantium cura, sive post aegritudinem reficiendorum, sive aliqua imbecillitate, etiam sine febribus, laborantium, uni alicui debet iniungi, ut ipse de cellario petat, quod cuique opus esse perspexerit.

9 Sive autem qui cellario, sive qui vestibus, sive qui codicibus praeponuntur, sine murmure serviant fratribus suis (cf. *1Pe* 4, 9).

10 Codices certa hora singulis diebus petantur; extra horam qui petierit, non accipiat.

11 Vestimenta vero et calceamenta, quando fuerint indigentibus necessaria, dare non differant, sub quorum custodia sunt quae poscuntur.

7 Y no vayan a los baños públicos o a dondequiera que sea necesario ir menos de dos o tres juntos. Y el que tenga necesidad de acudir a algún lugar deberá hacerlo no con los que él elija, sino con los que mande el preposito.

8 El cuidado de los enfermos, de los convalecientes o de los que se encuentran débiles aunque no tengan fiebre, debe encomendarse a uno determinado, para que pida de la despensa lo que vea que necesita cada uno.

9 Los que cuidan de la despensa, de la ropería o de la biblioteca sirvan a sus hermanos sin acritud (*1Pe* 4, 9).

10 Pídanse los libros cada día a una hora determinada; al que pida fuera de la hora no se le den.

11 Los encargados no tarden en proporcionar vestidos y calzado a los que lo piden, cuando realmente lo necesiten.

CAPUT 6

1 Lites aut nullas habeatis, aut quam celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, et trabem faciat de festuca (cf. *Mt* 7, 3-5), et animam faciat homicidam. Sic enim legitis: «Qui odit fratrem suum homicida est» (*1Ico* 3, 15).

2 Quicumque convicio, vel maledicto, vel etiam criminis obiectu, alterum laesit, meminerit satisfactione quantocius curare quod fecit, et ille qui laesus est, sine disceptatione dimittere. Si autem invicem se laeserunt, invicem sibi debita relaxare debebunt (cf. *Mt* 6, 12), propter orationes vestras, quas utique, quanto crebriores habetis, tanto saniores habere debetis. Melior est autem qui, quamvis ira saepe temptatur, tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fecisse agnoscit iniuriam, quam qui tardius irascitur et ad veniam petendam difficiliter inclinatur. Qui autem numquam vult petere veniam, aut non ex animo petit (cf. *Mt* 18, 35), sine causa est in monasterio (cf. *Mt* 18, 17), etiam si inde non proiciatur. Proinde vobis a verbis durioribus parcite; quae si emissa fuerint

CAPÍTULO 6

1 No tengáis altercado ninguno, o cortadlos de inmediato; no sea que la ira se transforme en odio y de una paja haga una viga (cf. *Mt* 7, 3-5), y el alma se convierta en homicida. Pues así está escrito: «El que odia a su hermano es un homicida» (*1Jn* 3, 15).

2 Quien ofendió a otro con afrentas, maldiciones o echándole en cara alguna culpa, procure reparar cuanto antes lo que hizo; y el ofendido perdónele sin discusión alguna. Pero si mutuamente se injuriaron, mutuamente deberán perdonarse la ofensa (cf. *Mt* 6, 12), y esto por vuestras oraciones, que cuanto más frecuentes las tengáis, más perfectas han de ser. Es más perfecto aquel que, aunque frecuentemente tentado de ira, sin embargo, se apresura a pedir perdón a quien reconoce que injurió, que el que más de tarde en tarde se enoja y más difícilmente se mueve a pedir perdón. Más aún, el que nunca se decide a pedir perdón, o no lo pide sinceramente (cf. *Mt* 18, 35), está de más en el monasterio (cf. *Mt* 18, 17), aun cuando no sea expulsado. Por tanto, absteneos de palabras duras; y si salieron de vuestra boca, no os

ex ore vestro, non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, unde facta sunt vulnera.

3 Quando autem necessitas disciplinae, minoribus coercendis, dicere vos verba dura compellit, si etiam in ipsis modum vos excessisse sentitis, non a vobis exigitur, ut ab eis veniam postuletis, ne apud eos quos oportet esse subiectos, dum nimia servatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. Sed tamen petenda venia est ab omnium Domino, qui novit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta benevolentia diligatis. Non autem carnalis, sed spiritalis inter vos debet esse dilectio.

CAPUT 7

1 Praeposito tamquam patri oboediatur (cf. *Heb* 13, 17), honore servato, ne in illo offendatur Deus (cf. *Lc* 10, 16); multo magis presbitero, qui omnium vestrum curam gerit.

duela proporcionar el remedio de la misma manera como se produjo la herida.

3 Pero cuando la necesidad de restaurar la disciplina os obliga a reprender con dureza en la corrección de los inferiores, aun cuando advirtáis después que os sobrepasasteis en ello, no os exigimos que les pidáis perdón, no sea que, por practicar en exceso la humildad, se quebrante la autoridad de gobierno entre aquellos que deben estar sujetos. Eso sí: habéis de pedir perdón al Señor de todos, que conoce con cuánta benevolencia amáis aun a aquellos a quienes acaso habéis reprendido más del justo límite. Pues el amor entre vosotros debe estar movido por el Espíritu, y no por el egoísmo.

CAPÍTULO 7

1 Obedeced al prepósito como a un padre (cf. *Heb* 13, 17), reverentemente, para no ofender a Dios en él (cf. *Lc* 10, 16); y mucho más al presbítero, que tiene a su cargo la solicitud de todos vosotros.

2 Ut ergo cuncta ista serventur et, si quid servatum non fuerit, non neglegenter praetereatur, sed emendandum corrigendumque curetur, ad praepositum praecipue pertinebit; ita, ut ad presbiterum, cuius est apud vos maior auctoritas, referat, quod modum vel vires eius excedit.

3 Ipse vero qui vobis praeest, non se existimet potestate dominantem, sed caritate servientem felice (cf. *Lc* 22, 25-26; *Mt* 20, 25-26; *Gal* 5, 13). Honore coram vobis praelatus sit vobis, timore coram Deo substratus sit pedibus vestris (cf. *Si* 3, 20). Circa omnes seipsum bonorum operum praebeat exemplum (cf. *Tit* 2, 7), corripiat inquietos, consoletur pusillanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes (*1Thes* 5, 14). Disciplinam libens habeat, metum imponat. Et quamvis utrumque sit necessarium, tamen plus a vobis amari appetat quam timeri, semper cogitans Deo se pro vobis redditurum esse rationem (cf. *Heb* 13, 17).

4 Unde vos magis oboediendo, non solum vestri, verum etiam ipsius miseremini (cf. *Si* 30,

2 Es incumbencia principal del preposición hacer cumplir todo lo dicho hasta aquí; y si hay algo que no se cumple, no se deje pasar negligentemente, sino póngase cuidado en enmendarlo y corregirlo; de manera que, en aquello que exceda de su competencia o su capacidad, recurra al presbítero, que tiene entre vosotros mayor autoridad.

3 Y el que os preside no se considere feliz por el dominio de su autoridad, sino por el servicio de su caridad (cf. *Lc* 25-26; *Mt* 20, 25-26; *Gal* 5, 13). Entre vosotros sea tratado con honor; delante de Dios esté a vuestro servicio con temor (cf. *Si* 3, 20). Sea para todos vosotros ejemplo de buenas obras (cf. *Tit* 2, 7): reprenda a los revoltosos, consuele a los pusilánimes, sostenga a los débiles, tenga paciencia con todos (cf. *1Tes* 5, 14). Mantenga de buen grado la disciplina y hágala respetar. Y, aunque las dos actitudes sean necesarias, prefiera, sin embargo, ser amado por vosotros a ser temido, teniendo siempre en cuenta que habrá de dar razón de vosotros ante Dios (cf. *Heb* 13, 17).

4 De ahí que vosotros, siendo más obedientes, practicáis la misericordia no sólo con vosotros (cf. *Si* 30, 24), sino también con él; porque entre

24), quia inter vos, quanto in loco superiore, tanto in periculo maiore versatur.

CAPUT 8

1 Donet Dominus, ut observetis haec omnia cum dilectione, tamquam spiritalis pulchritudinis amatores (cf. *Si* 44, 6); et bono Christi odore (cf. *2Cor* 2, 15) de bona conversatione flagrantis (cf. *1Pe* 3, 16), non sicut servi sub lege, sed sicut liberi sub gratia constituti (cf. *Rom* 6, 14).

2 Ut autem vos in hoc libello tamquam in speculo possitis inspicere, ne per oblivionem aliquid neglegatis (cf. *Iac* 1, 23-25), semel in septimana vobis legatur. Et ubi vos inveneritis ea quae scripta sunt facientes, agite gratias Domino bonorum omnium largitori. Ubi autem sibi quicumque vestrum videt aliquid deesse, doleat de praeterito, caveat de futuro, orans ut ei debitum dimittatur et in temptationem non inducatur (cf. *Mt* 6, 12-13).

vosotros, cuanto más alto es el lugar que se ocupa, mayor peligro se corre.

CAPÍTULO 8

1 El Señor os conceda cumplir todo esto por amor, como realmente enamorados de la belleza espiritual (cf. *Si* 44, 6), y exhalando el buen perfume de Cristo (cf. *2Cor* 2, 15) con vuestra ejemplar convivencia (cf. *1Pe* 3, 16); no como esclavos sometidos a la ley, sino con la libertad de los constituidos en gracia (cf. *Rom* 6, 14).

2 Y para que podáis miraros en este librito como en un espejo, y no descuidéis nada por olvido (cf. *Sant* 1, 23-25), se os leerá una vez por semana. Y cuando comprobéis que cumplís todo lo que queda escrito, dad gracias al Señor, dador de todos los bienes. Pero cuando alguien advierta que falta en algo, arrepíentase de lo pasado, ande con cautela en lo futuro, orando para que se perdonen las deudas y no caiga en la tentación (cf. *Mt* 6, 12-13).